



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.



On arbitramur, nos Deo esse invi-
los, ut statim A. d. c. c. c. cre-
pis doctoribus gratias con-
mulari velit, et mentem hanc
fieri partibus institutum, literarum mancipia-
tum. Evident indicia officiae manifestata sunt,
dvas alicuiam a nobis Dei voluntatem hand
opleturis iustitiam, hanc maxime
ideo, dvas hanc

PRORECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,
IO. GVILELMVS
BERGERVS,
POESEOS PROF. PVBL.
CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D.

et optime, dvas hanc
et insignia clement. praecipue et exemplis docu-
it abunde ac doctissime. Ante hos spectari
mentis dicitur a nobis, in religionis et sancti-
moniae plenius D. hanc dicitur, cum facta de-
cet et divinis ope fuerit, hanc dicitur, hanc dicitur
cogitatione res et vultus hanc dicitur, hanc dicitur
et conlectit, hanc dicitur, hanc dicitur, hanc dicitur
centum ager dicitur, hanc dicitur, hanc dicitur
rim dicitur, CHRISTIANUS dicitur, hanc dicitur
plice, hanc dicitur, et cum hanc dicitur, hanc dicitur
muras in primis adve, hanc dicitur, hanc dicitur
virtute et moribus potest esse, hanc dicitur, hanc dicitur
sed utilitatis. Qvae cum ex hanc dicitur, hanc dicitur
haec investigat assidue et perdiscebat, hanc dicitur, hanc dicitur
Alexan.



Non arbitramur, nos Deo esse in-
fos, ut statum Academiae, erep-
tis doctoribus gravissimis, com-
mutari velit, et mensum hunc
fieri patribus luctuosum, literisque inauspica-
tum. Equidem indicia offensae manifesta sunt,
quae alienatam a nobis Dei voluntatem haud
obscuris significationibus ostendunt, maxime
ideo, quod res nostrae parum prosperae sint,
atque ei, ex cuius nutu pendent, displicere vi-
deantur. Amissimus enim hoc mense Virum
ingenio, doctrina, meritis praecipuum, qui cum
sanctitate muneris, tum iustitia et aequitate elu-
xit, D. Straussium, quem vivum omnes cum in-
genti admiratione suspiciebant. Nec multo
post iacturam fecimus Viri ad vitam bonis mo-
ribus, rectisque consiliis erudiendam aptissimi
et optimi, qui quae utilia, quaeve expetenda
et fugienda essent, praeceptis et exemplis docu-
it abunde ac declaravit. Ante hos superiori
mense discessit a nobis Vir religionis et sancti-
moniae plenus D. Hannekenius, cum sacra do-
ceret, divina ope fretus. Haud minori industria et
cogitatione res gravissimas sibi demandatas curavit,
et confecit Vir doctrina et vita similis, et ad do-
cendum agendumque expeditissimus, doctor officio-
rum publicus, CHRISTIANVS ROEHRENSEE,
priscae Vir gravitatis, et eam philosophiae partem ad-
miratus in primis atque confectatus, quae maxime in
virtute et moribus posita est, non ostentationis causa,
sed utilitatis. Quae enim ex usu suo fore iudicabat,
haec investigabat assidue et perdiscebat, Ammonium
Alexan-

Alexandrinum tam sedulo, quam feliciter secutus. Is non uni se addixit, et firmiora sapientiae fundamenta iecit, cum Platonis et Aristotelis libros pari diligentia pervolutaret. Non opinione sua deceptus Noster ab utroque doctrinae rivulos duxit, et alios ad idem illud studium exemplo suo excitavit. Ille Academiam restituit, et velut e coelo elapsus, has sibi partes imposuit, ut omnium animos ad se alliceret. Similem in modum singulari solertia omnium oculos in se, convertit Noster, et magno etiam numero disciplinae alumnos habuit, nec magis doctos, quam probos effecit. Ammonius non discessit ab officio, et rationes suas ita constituit, ut quoque suspensionem ignaviae ab se removeret. Nihilominus remissior fuit CHRISTIANVS, et munus susceptum ita gessit, ut non modo non longe abesset a laude Ammonii, sed etiam se adaequare cum eo posset. Ille Plutarchum Atheniensem, et Origenem erudiit, et hunc erroribus quoque Platonis imbutum ab se dimisit. At rectiore instituto CHRISTIANVS errores Platonis a cetera eius doctrina distinxit, et quid in quoque genere sequendum esset, admonuit: capita, in quibus de moribus praecipitur, ad honestatem retulit, non in permissis duntaxat atque concessis numeravit. Ille Platonem et Aristotelem, qui in multis dissentiant, in concordiam redegit. Noster hoc labore superedit, et utriusque doctrinam multa cum diligentia excussit, detractis errorum integumentis, quibus Dei hostes ad circumveniendos homines utuntur. Demum in hanc aciem eduxit interpretes Graecos, Plotinum, Proclum, Simplicium, Eustathium: cum his coniunxit Xenophontem, Dionem Prusaeum, Themistium, Arrianum: utique melius multo et emendatius, quam turba hominum solet, qui se Scholasticos appellant. Tantis Vir, quod referri attinet, A. clo Id. XLII. IX. Cal. Novemb. Ehrenbergae in lucem editus est, parentibus ABRAAMO, perito iuris Viro, et ab illustri Osterhausiorum gente ad curanda fori negotia delecto, ac nobilissima femina, SOPHIA ELISABETHA, ortu Schindelia, ex vetere Kriegensteiniorum familia descendit. Omitto avorum seriem, et quomodo virtutum exercitatione assuefactus fuerit, subiicere instituo. Quid educationi acceptum referat, docet vitae modus, et pietas, cui totum se possiden-

dum

dum tradidit, testari potest. Ad hanc curam accedebat literarum cultus, quo animum excoluit, nihil ut diceret non verecunde, nihil ut faceret perulenter. Tertio decimo aetatis anno in disciplinam traditus est V. Cl. Ioanni Bohemo, et praestantissimo M. Ioanni Stolbergio, qui illustrem splendidissimae Urbis Dresenensis Scholam docendi assiduitate ornabant. Ex hoc regio virtutis domicilio A. c. 1716 L. X. commigravit Vitembergam, et benigno hospite usus est summe Reverendo D. Andrea Kunado, qui iuvenem multa est benevolentia complexus, auctor idem et adiutor studii, quod ingrediebatur, divinioris. Brevi post pervenit in familiaritatem amplissimorum patrum D. Michaelis VVendleri, D. Egidii Strauchii et Trenchii, qui magnum aliquid conantem percommode adiuvabant. Inprimis bonam spem aluit Celeberrimus Polyhistor Io. Ericus Ostermannus, quo Decurionem consecutus est summos in sapientiae studio honores, et publica edidit doctrinae specimina, partim suo Marte, partim sub moderatoribus, in quorum scholis verlabatur indies, et proficiebat naviter, optimisque artibus erudiebatur. Theologis iam pridem vita functis, D. Calovio, D. Meisnero, D. Qventedio, et D. Deuschmanno, quorum merita verbis exaugeri non possunt, operam dedit: quos dilexit et coluit, quos studiis duces adhibuit, qui vicissim amore ipsum prosequenti sunt, ornandumque susceperunt. Aliquanto post in Collegium Philosophorum cooperatus est, annitentibus praesertim Ostermanno et VVendlero, quorum expectationem non sustinuit modo, verum etiam superavit. Itaque A. c. 1717. Philosophia, quae mores vitamque instruit, docenda Nostro attributa est, quam summopere excoluit atque illustravit, perinde ac novi muneris gravitas magnitudoque deposcebat. Anno consequente c. 1718. ordinaria docendi provincia ei decreta ac demandata est, in qua recte ornanda continenter elaboravit, ex eaque re fructum et laudem collegit, cum sedem hic sibi constitueret perpetuam et firmam. Eodem anno in matrimonium duxit nobilissimam virginem ANNAM CATHARINAM, maxime Reverendi D. Michaelis VVendleri, Prof. publ. et Ordinis Theol. Assessoris, quem in parentis loco habuit, filiam, ex qua octo liberos sustulit, quorum duo, Christianus Dietericus, et Ioanna Maria, vix nati sunt, quum e vita excesserunt: longiori post intervallo Virgines recti moris Ioanna Charitas, et Catharina Sophia ad coelites migrarunt. Christiana Dorothea, Virgo exquisitissime culta nupit Viro Amplissimo Christiano Liborio Schubarto, Regio Pirnenfis Quaesturae praefecto, denique Euphrosyne Maria dolore confecta quærit orbitem suam. Ceterum crepta, quam praediximus, uxore clo 1719. Virginem duxit et corporis specie, et animi dignitate insignem Mariam Sophiam, Viri amplissimi Casp. Cottenii, Dippoldisvaldensis praefecti filiam, nunc viduam longe moellissimam, caluque fatali percussam. Ex hac septem liberos genuit Christianam Sophiam paulo post extinctam, M. Christianum Sigismundum, sacris literis deditum, elegantis ingenio, et multa eruditione praeditum, Christianum Augustum, iam pridem defunctum, Sam. Christianum, in Ill. schola Misnensi studiorum causa commorantem, Augustum Sophiam, et Iulianam Sophiam, Virgines hoc rerum statu praeter modum tristes, extremo Sophiam Elisabetham, cum infans esset, e sinu matris ereptam. Ut vixit Nolter, ut in munere se gesserit, ut sententiam in senatu dixerit, ut negotia curaverit, ut docendi solertiam et fidem omnibus demonstraverit, in omnium ore est, nec mihi id nunc sumo. Animus in eo constans erat, nec secundis rerum successibus efferebatur; neque adversis frangebatur: Dei et patriae amans, beneficis pariter ac beneficiorum memor, et fidei exploratae in rebus dubiis maximeque adversis. Cautus in consiliis, firmus in iudicio, providus futuri, religione sua et pietate subnixus, in Dei voluntate libentissime convalescebat, et repentinis vehementesque impetus, ratione magistra coerebat, et remediis, quamlibet optimis, frustra ab Experimentissimo D. Sperlingio adhibitis, rebus ad ultima redactis, de pia migratione, cum verba sacerdos Lic. De VVeidig praesert, cogitabat et loquebatur. Nos, Civis, maximo affectu dolore sumus, ut vix lacrymis modum inveniamus, Vestrum est animo reputare summa Viri merita, et consilia, quae attulit, Academia salutaria, ingenium acre, iudicium singulare, et cum magistratum gereret, admirandum. Hodie ab H. I. esseret funus, concione publica honestandum, et decente comitatu prosequendum. P. P. DOMINICA
EXAVDI, Anno clo 1720 C. C. VI.

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117
W 118



On arbitrium, nos Deo esse iuri-
los, ut statim A. de. c. 1. cre-
bis doctoribus gravissimas con-
mutari velis. et mentem hanc
fieri paribus iustorum, licet ipse mansueti-
tum. Evidentem indicis offensae manifesta sunt.
pvae alicuiam a nobis Dei voluntatem habund
opturis iustis. maxime
ideo, pva. tunc tunc



PRORECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,
IO. GVILELMVS
BERGERVS,
POESEOS PROF. PVBL.
CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D.

